



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 6. Symbolum Concilii Constantinopolitani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66032)

Nectarius in discendis functionibus Sæculum IV.
A. C. 381.
 Episcopalibus Cyriacum Episcopum Adanensem ex Cilicia Præceptorem habuit, quippe a Diodoro Metropolitano ejus obtinuit, ut eum aliquamdiu apud se retinere liceret. Plures præterea Cilices retinuit, atque inter alios Martyrium, Medicum suum, vitiorum, in quæ juvenis abripi se passus fuerat, conscium. Hunc Nectarius volebat ordinare Diaconum; sed recusavit Martyrius, se illo gradu indignum affirmans, atque vitæ licentius ante actæ testem ipsum Nectarium appellans; cui Nectarius: *me vero, qui modo Episcopus sum, an nescis olim te pejorem fuisse, teque ipsum in procurandis explendæ libidinis occasionibus mihi contulisse amicam operam? verumtamen, replicabat Martyrius: tu modo per Baptismi virtutem sanctificatus es, & præterea Sacerdotii Gratiam recepisti; ita ut, sicut ego existimo, ad innocentiam infantum Neo-Natorum redieris; ego autem a multo jam tempore Baptismum accepi, nec postea sanctiorem, quam antea, vitam duxi.* Itaque ut in ordinationem consentiret, moveri non potuit.

§. VI.

Symbolum Concilii Constantinopolitani.

Primum S. Meletius Concilio Constantino-

tino-

Sæculum IV. tinopolitano præfedit, ipso defuncto
A. C. 381. Gregorius Nazianzenus, Gregorio abdicante
 Timotheus Alexandrinus, & eandem Nectarius. Haud ita facile quis
 elixerit, quo tempore, & quo Præfide que in Concilio gesta
 sint, constat tamen quoddam de fide Decretum, & non
 multos de Disciplina Canones fuisse conditos.

Sup. §. I. Imperator Theodosius Macedonios non Ecclesiæ
Socr. V. c. 8. Corpori uniri posse speraverat, hinc eorum
Soz. VII. Episcopos numero triginta sex, quorum Eleusius
 Cyzicenus caput erat, ad Concilium admiserat; Imperator,
 & Episcopi Catholici ad eos dicebant; quod aliquando ad
 Liberium Pa-

Sup. l. XVI. pam miserint Legationem, Eustathio Sebasteno
S. 7. Principe, atque haud ante multum tempus cum
 Catholicis ultro, & indiscriminatim communicassent, ergo
 ipsos jam male agere, quod fidem impugnant, quam probassent,
 & viam bonam, quam elegissent, relinquerent. At Macedoniani
 declararunt, se libentius Doctrinam Arianorum confessuros,
 quam Consubstantialem admisso, & Constantinopoli recesserunt;
 scripserunt deinde ad omnes Sectæ suæ urbes exhortatorias,
 ne in fidem Nicænam consentirent. Ista Semi-Arianorum, seu
 Macedonianorum separatio initio Concilii contigit; hinc exinde
 ut Hæretici aperti habitus sunt.

Itaque

Itaque decretum fuit, ne quis Sym-^{Sæculum IV.}
bolum Nicænum rejiceret, sed ejus inte- A. C. 381.

gra esset Auctoritas; atque anathemati-
zarentur omnes hæreses, nominatim Hæ-
reses Eunomianorum, seu Anomeorum;
Arianorum, seu Eudoxianorum; Semi-
Arianorum seu S. Spiritus inimicorum;
Sabellianorum, Marcellianorum, Photi-
nianorum, Apollinaristarum. Dum Sym-
bolum Nicænum confirmatum est, quæ-
dam verba circa Mysterium Incarnationis
adjecta propter Apollinaristas, aliosque
novos Hæreticos; atque explicatio am-
plior de articulo Spiritus Sancti propter
Macedonianos. Symbolum Nicænum de
Incarnatione Jesu Christi hæc solum ex-
primebat: *descendit de Cælis, incarnatus,
& homo factus est. Passus est, & resur-
rexit tertia die, ascendit in Cælos, &
venturus est judicare vivos, & mortuos.
Credimus etiam in Spiritum Sanctum.*
Concilii autem Constantinopolitani hæc
sunt verba: *descendit de Cælis, & incar-
natus est per Spiritum Sanctum ex Maria
Virgine, & homo factus est. Crucifixus
sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est,
& resurrexit tertia die secundum Scriptu-
ras. Ascendit ad Cælos; sedet ad dexte-
ram Patris, & venturus est cum gloria
judicare vivos, & mortuos. Regni ejus
non erit finis.*

Syme

Sæculum IV. Symbolum Nicænum simpliciter dicitur:
A. C. 381. *Credimus etiam in Spiritum S. & de Ecclesia nihil erat additum.* Symbolum Constantinopolitanum hæc habet: *Credimus etiam in Spiritum Sanctum, Dominum, & vivificantem, qui a Patre procedit, qui simul adoratur, & conglorificatur cum Patre, & Filio, qui per Prophetas locutus est. Credimus in unam Ecclesiam Sanctam, & Apostolicam. Confitemur unum Baptisma in remissionem peccatorum. Exspectamus Resurrectionem mortuorum, & vitam venturi Sæculi, Amen.* Reliqua Symboli Constantinopolitani, scilicet initio posita, plene Symbolo Nicæno conformia sunt. Cæterum hoc Symbolum Constantinopolitanum illud ipsum est, quod in Missa recitamus.

§. VII.

Canones de Hierarchia.

c. 2. p. 947. Quantum attinet ad Disciplinam, Concilium Constantinopolitanum prohibet, ne Episcopi Ecclesias, extra suam Diœcesin positas, adeant, aut earum limites confundant. At secundum Canones Episcopus Alexandrinus solam Ægyptum regat; Episcopi Orientis solam Orientem; & Ecclesiæ Antiochiæ privilegia, in Canonibus Nicænis concessa, servaverunt. Episcopi Diœcesis Asiæ soli Asiæ præerunt. Episcopi in Ponto, soli Ponto;